

Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Sectio Decima. De Capitulo Sede vacante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

ut dicant oppositū stantem pro tali facultate Episcoporum negent esse probabilem: immo eo usque progressi, ut quam negant hodie in Episcopis facultatem quoad tuos, absolvendi occulta contra Cœnæ Bullam, eamdem hodie quoad tuos concedunt Prælatis Regularibus. Quare vel neganda, admissa à Felice n. 3424. in Prælatis Regularibus, quoad tuos hæc facultas, ut recte P. Moya tom. 1. pag. 327. n. 6, vel affirmanda certò probabilitate eadem in Episcopis facultas quoad tuos. Non ergo stat morum reformatio in limitanda Superiorum five Ecclesiæflicorum, five Regularium facultate, sed in Superiorum electione; qui si prudentes sint, maturè procedent in lug facultatis usit, maturè in communicandâ paucis, & quidem selectis viris facultate, maturè in non manifestanda, nisi dum opus est, auctoritate, quâ potiuntur. Hoc paucis Episcoporum Ecclesiæ Principum, & Prælatorum Regularium dignitati prospicietur; & lapsi habebunt, cui velcelera sua fiducialiter committant.

N. 251. Adverte, mi Lector, me hæc in disputatione nonnulla de hæresi externâ delibasse; nam interna ab omnibus absolvî potest: nec eamdem materiam dilatare decrevi, eo quia ad manus sunt gravissimi Doctores, qui plenâ manu hoc diltendunt, & differunt; tantò magis quod hæresis externæ ad diversum forum pertinent, & quidem pro Regionum diversitate diversum: neque idem ubique Inquisitionis Tribunal, eademque facultas. Nam ut fidem meam liberem, latè erit perpendere Hispanam Inquisitionem, quæ maioribus præ alijs Inquisitionibus gaudet privilegijs: Hispani enim Inquisitores absolvere possunt ab hæresi occulta, non tantum in foro judiciali, & externo, sed etiam in foro conscientiæ: non ita alijs Inquisitores, ait Caren part. 2. tit. 2. §. 7. n. 61. Diana 1. p. tr. 5. ref. 4. & p. 8. tr. 7. ref. 50. Felix n. 3341. Vnde vero in Inquisitoribus Hispanæ tanta facultas? Sunt qui ex speciali privilegio derivari; sunt qui ex coniunctudine, & Sedis Apostolice permissione, ne convercio hereticorum occultorum retardetur occasione Romani itineris. Porro hec facultas absolvendi ab hæresi externâ occulta non tantum ipsi Tribunal Hispanæ Inquisitionis, sed cuiuslibet Inquisitori seorsim competit, adeo ut quilibet possit cùcumque Confessario eam facultatem committere: ut enim Inquisitor hanc facultatem exerceat, & committat, neccle non est ut Sacerdos sit, quia hæc facultas concessa est Inquisitori ratione sui officij, non ratione Ordinis Sacer-

Caren. Diana. Feix.

dotalis, quo non eget ut censuram tollat, aut alteri tollendam communiceat: quâ sublatâ, hæresis poterit ab omni Sacerdote absolvî; nam peccata ratione censuræ reservata, si hæc tollatur, possunt ab omnibus absolvî. Hoc ferè ad verbum Felix l. c. P. Di- P. Dica. cast. de Censuris tr. 1. o. dub. 12. & alij.

S E C T I O X.

De Capitulo Sede vacante.

§. I.

Quid possit in Regulares approbatos?

S U M M A R I U M.

Status questionis, n. 252. 253.

DD. stantes proiure Capituli, quod Regulares approbatos possit examinare, n. 253.

Non sunt nisi duo, quin nec duo, ibid.

Capitulum per Vicarium a se electum approbare potest Confessores, n. 254.

Rationes dictiorum DD. ibid.

Dicunt Clementis IV. Decretum revocationem: & sicut Capitulum potest approbare, ita & revocare licentias, ibid.

Dicunt potestatem approbandi Regulares esse ordinariam Episcopi, & ideo transire ad Capitulum, n. 255.

DD. negantes, n. 256.

Aliunt quod est de jure communî Capitulum hoc possit, derogatum tamen a Clemente. IV. n. 257.

Clavisula ejusdem Clementis, ibid.

Negant jus approbandi Regulares esse ordinariam Episcopi, sed delegatum, ibid.

Clemens X. decidit, quod novus Episcopus revocare possit approbationes Amicorum, ibid.

M Ovi hoc dubium suprà n. 213. & hoc N.

transtulì fusiōri calamo, quæ brevio 252: ri conceperam, tantò magis, quod hæc materia familiari Episcoporum morte quotidie ob oculos veratur, & quod magis est, acribus contentionibus sit illustrior, & inferior. Quæritur igitur, an Capitulo, Sede vacante, insit jus examinandi Regulares ab Episcopo demortuo approbatos, five sine causa, five cum novâ causa, eo modo quo subseguens Episcopus potest absolvit, etiam non accedente novâ causa ex parte Regulares, sed pro suo libito, & sui muneric officio examinare, approbare, reprobare, limitare facultatem absolvendi seculares ab alio Episcopo Regularibus concessam?

Duos dumtaxat reperio Doctores, qui N. militant pro iure Capituli, Sede vacante, (de 253: hoc enim semper loquor, ne cetics repeatam:)

nempe

nempe Episcopum Barbastrensem *in suo Pastorali Regularium parte 2. qu. 20. a n. 25.* alio nomine, *Frances de Urrutigoyti*; & Mag. Hyacinthum Donatum *tom. 3. tr. 4. qu. 28. pag. mibi 40.* qui licet aliquem in propria ratione favorem citent, neminem tamen in favorem suę conclusionis; nec unum cum alio confundi debet; vulgare enim est, ut Doctores idem antecedens aut rationem concedant, & contradicant in conclusione. Quin si rem considero, neuter ita pro Capitulo: ait enim M. Donatus, quod Capitulum, si *ad sit justa causa*, possit revocare facultatem. At hoc non est ad rem; non enim quæstio est, an si *ad sit justa causa*; sed quæstio est ab soluta, quid possit Capitulum de jure suo: eo modo, quo, quid possit de jure suo Episcopus de novo succedens, qui, sive adit, sive non adit nova justa causa ex parte Regularis, ob quam motivum revocandi dedit, potest absolutè, etiam nulla presente novā causā, revocare facultatem, quam ab Episcopo demortuo habuerunt. Quod enim, tuperiente novā causā, possit Episcopus revocare ipsam, quam ipse dedit Regulari, facultatem, ex Clemente X. est prorutum. Similiter nec Barbastrensis stat; quia tandem *n. 42.* concludit dicendo: *Judico in ramque sententiam esse probabilem tum authoritate, (& tamen neminem, nisi pro sua ratione, non pro sententiā citat) tum ratione.* Censo tamen hodie in praxi sequendam, quę distinguere inter licentias limitatae, & illimitatae datae. De illimitatis ait non posse ab Episcopis, nec Ordinariis sine justa causa revocari, eosque illimitatae approbatos non posse ad examen vocari. De limitatis ait posse, etiam sine causa. Hac Episcopus, qui absolutè negat facultatem ipsi etiam Episcopis revocandi facultates illimitatas sine justa causa; quanto magis negabit Capitulo? Rursus roncedit licentiam Episcopis tantum quod cœvocandas etiam sine causa licentias limitatas: ergo Capitulo ad summum conveniet facultas revocandi, etiam sine causa, licentias Regularium limitatas.

N. Probat M. Don. 1. quia Capitulum de jure communi potest omnia, quæ Episcopus de jure ordinario, paucis exceptis; sed Episcopus revocare potest de jure ordinario facultatem Regularibus concessam: ergo & Capitulum. Secundò, quia Vicarius à Capitulo electus potest approbare Confessores, ut tuerit cum pluribus Barboſi. *Collett. ad Trid. ſep. 23. de Ref. c. 15. n. 28.* ergo potest revocare facultates ab Episcopo mortuo concessas. Tertiò, quia Bolla Clementis IV.

in quā DD. oppositi fundantur, derogata fuit a Tridentino revocante omnia privilegia, quibus Regularis ab approbatione Episcopi eximebantur: ergo Regularis approbari debent à quolibet Ordinario, adquæ à Capitulo Sede vacante, quod venit nomine Ordinarij; alias nec à sequenti Episcopo approbandi forent.

Probat Frances n. 25. qui ait: *Pacet an N. torum viorum (nempe curiæriorum) dieo, 25. quod Capitulum revocare possit licentias fr. Regularibus concessas, & vocare ad examen, eo modo, quo Episcopus succellexplicat autem, ne a quicunque sit locus, an facultas a jure concepta vocanda sit ordinaria, an delegata, ut inter alios vult Barboſi; & respondet, quod si ea facultas non natur aliquo jure antecedenti, dicenda sit delegata; si autem à novo jure confirmetur, dicenda sit ordinaria. His positis, in arguenda Tridentinum verat ne quis Regularis audire possit confessiones sine approbatione Episcopi: ergo jus approbandi est individuum ab officio Episcopi: ergo est ordinarii respectu Episcopi: sed potestas conveniens Episcopo de jure ordinario transit in Capitulum, ut plerique docent, ait n. 31. quibus addo Episcopum Campanil. *in fine Discorsi Comp. Juriſ Canonici Rubrica i. 2. cap. 13. n. 74. pag. mibi 738.* qui ex hoc principio infundit, quod Capitulum medio Vicario a se electo examinare, & approbare possit Confessores; immo ex eodem principio, inconvenientem tamen, P. Pelizar. *tom. 2. in Man. Regal. tract. 8. cap. 4. n. 7.* intuitus Regularis require in suis Ecclesijs concionari, nisi petita à Vicario Capitulari benedictione, & quia hec potestas conveniebat Episcopo de jure ordinario, & ideo transit ad Vicarium Capitulari, ergo potestas examinandi Regularis transit ad Capitulum. Confirmat; quia Episcopus subsequens potest revocare facultates ab Episcopo demortuo concessas; ergo etiam Capitulum intermedium.*

Verumtamen pro oppositi sententiā ne N. gante Capitulo jus examinandi, & approbando Regulares ab Episcopo demortuo approbatos, stant ferè omnes DD. inter quos quinque insignes Lusitani, Barboſi de P. Barboſi, et Episc. part. 2. allegat. 25. n. 49. P. Fa. P. Ig. gundez in 2. *Ecclesiæ precept. lib. 7. cap. 2. n. 28.* P. Suar. junior tract. 2. de Poenit. d. 2. n. 251. P. Nogueir. d. 14. *Cron. ſab. 2. Syll. P. S. veira novum. Carmelitane Familie fidei. P. Nogueir. Opusculo 2. refol. 23. n. 96.* qui prater alia ſylium Clementis IV. Breve alia citat. Accedit his P. Dicastillo tr. 8. de Poenit. d. 10. num. 321. *Bosius de Triplici Jubili Privilegiu. P. Bosius.*

fest. 3. casu 2. §. 1. pag. mibi 185. editionis Mediolanensis, dicens: Solus autem successor in dignitate, & jurisdicione, non in sola jurisdictione, ut est Capitulum Sede vacante, seu ejus Vicarius Generalis, potest Regulares semel approbatos vocare ad examen, vel reprobare: ita Clemens IV. & si fiat revocatio, nullus est momenti. Hæc P. Suar. Bossius. Accedit quoque Magnus Suarez, qui in unâ fâ à me lecâ ante quatuoruum epistolâ, negat convenire Capitulo jus examinandi dictos Regulares. P. Pellizar. in P. Peliz. Manuali Regul. tom. 2. tr. 8. c. 2. n. 44 pag. 268. P. Leurenius quæst. 484. in suo *Vicario Capitulari*, qui quidquid recipit Capitulum Sedis vacantis expedite exhaustit; illus. Fermos. Ferminus Alborgæ Episcopus in suo Tractatu de *Capitulo Sede vacante*, dicens qu. 21. n. 6. Regulares ab Episcopo defuncto approbatos, ita esse approbatos, ut non possint à M. Paff. Capitulo reprobari juxta præmix. M. Pasterinus, vir fundata doctrinæ tom. 2. qu. 187. a. n. 300. ad 321. qui nervo diluit argumenta Barbastrensis, & M. Donati: omittit quos sequitur, & citat Diana tom. 3. tr. 2. ref. 27. & tom. 4. refol. 48.

N. Fundantur hi Doctores 1. quia etsi Capitulum, quantum à jure conceditur, ut patet ex cap. Episcop. revocare possit dictas approbationes Regularibus à demortuo Episcopo concessas, huic tamen juri à Clemente IV. anno 1265. derogatum est: cùm enim Regulares dubitarent, num Sede vacante concionari, & confessiones audire possent, M. Sylv. Clemens, cuius verba refert M. Sylvest. M. Don. verb. *Confessio*, M. Paster. M. Donatus, & M. Paff. alij, respondit: *Vestris supplicationibus inclinati presentium vobis autoritate concedimus, ut in hujusmodi casu possitis nisi tam in libere predictâ licentia, donec viduatis Ecclesijs provisum fuerit de Pastore: ergo siue Capitulo in sit jus examinandi Regulares approbatos, siue non, certum ex Clemente est, eos esse exemptos, donec subintret in viduatum Ecclesiam Pastor novus: ex quo patet, quâm frivola sit instantia eorum, qui ex eo quod novus Episcopus possit approbatos à demortuo Episcopo Regulares examinare, ut definit Clemens X. inferit hoc posse Capitulum: cuius Capituli facultati derogavit Clemens IV. donec de novo Pastore provideatur. Dicere autem huic Clementini Bullæ derogatum, est dicere, tum falso, tum Triden. incredibile: falso, quia Tridentinum*

incredibile; non enim ferè omnes Theologi illi clausula Clementina siderent, cique in hærent, si de revocatione suspicarentur: quin solus ex tot modò citatis à me D. P. Pellizarius l. c. dubium aliquale ingerit P. Peliz: de ejus revocatione nemo aliorum. Fundantur alij ejusdem sententia Patroni in opusculo principio, præcipue M. Pasterinus, M. Paff. volens quid jugis approbandi non sit de jure ordinario Episcopi, sed ex potestate delegata, adeoque non transit ad Capitulum. Suidet; quia Regulares ante Tridentinum non approbati ab Episcopo absolvebant: ergo hæc approbandi facultas est pure delegata Episcopis à Tridentino. Nec valet (inquit) consequentia n. 318. 319. Capitulum medio Vicario à se electo potest approbare Regulares non approbatos; ergo etiam revocare approbationem. Non valet, quia Episcopus potest influeri Parochos, quos tamen non potest tollere.

§. II.

Notanda.

S U M M A R I U M.

Judico facultatem approbandi Regulares convenire Episcopis vii sui officij. Cur? n. 258. Et si Regulares olim non nisi a suis Superioribus presentati absolvarent, non sit non esse subiectos Episcopis, ibid. Capitulum potest Confessores non Regulares prius approbatos sternum approbare, n. 259. Potest quoque Regulares approbatos elapsi approbationis tempore, ibid. Potest etiam numquam approbatos approbare, ibid. An Regulares in propriâ Ecclesiâ possint, non potest à Vicario Capitulari venia, concionari, ibid. & 275. Nisi dicatur, facultatem approbandi Regulares ad confessiones, & conciones, esse in Episcopis ordinariam, plura, quæ Capitulum justificat, erunt in iusta, n. 259. Nisi jus examinandi Regulares approbatos distinguatur a jure examinandi eorum licentias, perpetua Capitulum inter, & Regulares discordia, n. 260. 261. Et si Capitulum daretur jus examinandi personas, nil inde utilitatis, n. 261. Capituli studium esse debet presentim in examinandi approbationis litteris, ibid.

E Go cento 1. facultatem approbandi N. Confessarios convenire vii sui officij 258, Episcopis territoriorum habentibus; undecumque facultas absolvendi proveniat, five

vi Ordinis, ut vult Tridentinum, sive à Pontifice, ut communiter dicitur de Regularibus, sive ab Episcopis, ut in Ecclesiastica. Si enim Parocho vi sui officij convenit providere suo gregi, & Sacraenta administrare, cur non conveniet Episcopo proportionata ad suam dignitatem vigilantia, quā gregi suo, & multo magis sui gregis Pastorum, inter quos nemo magis necessarius, quam Confessarij, prospiciat? num cā scientiā, & morum honestate florent, qua animarum Pastores decet? Rursus, si vi sui officij convenit Episcopis jus examinandi suos Ecclesiasticos ad Confessarij munus electos, cur eadem facultas ex vi sui officij non conveniet Episcopis respectu Regularium ad audiendos facultares definitorum? Sanè sublato Papā, tota Ecclesia jurisdiction in Episcopis concluditur: si ergo Episcopi à Papā jure sui officij eligendi, & approbandi, & examinandi sunt, tamquam Pastores gregis Catholici, (nisi Papa clementer huic iuri cedat) quā vel levi apparentiā negabitur inesse vi sui officij Episcopis jus examinandi, & approbandi omnes, & quoslibet etiam Regulares, sui gregis Pastores? Ergo licet olim Regulares cum solā suorum Prelatorum præsentatione possent absque aliā Episcopi approbatione facultares absolvere, non fit, quod de jure ordinario non essent approbandi ab Episcopis quoad suas oves; erant enim approbandi, sed fit, quod à tali lege ordinariā fuere exempti à Pontificibus; quin si fuere ab eā exempti, infertur talis legem, & ius in Episcopis adfuisse. Quare tota Regularium exemptio ab Episcopis est quoad suos absolvendos, non quoad oves Episcopi. Confirmo: Vix est, qui neget, quod Capitulum Sede vacante per Vicarium à se electum possit ad examen vocare Ecclesiasticos, et si ab Episcopo demortuo approbatos; vix, quod possit ad examen vocare Regulares post elapsum approbationis tempus; vix quod conferre possit auctoritatē absolvendi non approbatis, siue Regularibus, siue secularibus, numquam antea approbatis: immo, ait P. Pellizarius, Capitulum habet ius, ne quis Regularis concionetur in suā Ecclesiā, nisi à Vicario Capitulari benedictionem petat. Rogo, unde hæc in Capitulo jura, nisi quia, ut plerique docent, quos sequitur Episcopus Campanil in suo *Diversorio Juris Canonici Rubricā 12. cap. 13. n. 74. pag. mīhi 378.* & P. Pelliz. tom. 2. tract. 8. cap. 4. n. 7. nisi quia, inquam, tota jurisdiction, quæ de jure ordinario conveniebat Episcopo, convenit Capitulo Sede vacante? Si ergo hæc admittantur juridicē facta à Capitulo, eo ipso clārē infertur eam jurisdictionem huius in Episcopo ordinariam. De cætero prodatur ratio, in qua jus commune dans Capitulo talem facultatem fundetur: ergo planum est, quod qui Capitulo negant facultatem examinandi Regulares a demortuo Episcopo approbatos, eo quia non conveniat Episcopis de jure officij facultas examinandi Regulares, sed tantum ex iure delegato à Tridentino, quasi Tridentinum nequirit confirmare jus competens Episcopis jure officij, non bene negare. Tota ergo negandi ratio est privilegium à Clemente IV. concessum, quo exempti sunt ab examine Capitulo.

Censeo 2. hanc questionem, an inī Capitulo jus examinandi Regulares approbatos, si confusis juribus procedatur, hoc perennem discordiarum venam; si distinctus, fore utilissimam. Patet. Fac enim ut Vicarius Capitularis vocet ad examen Regularem approbatum, fixus, quod habeat tale jurisdictionem Regularis fixus quoque suo iuri. Initabit Vicarius dicens, omnem ordinariam demortui Episcopi potestatem ad Capitulum trāfisse; negabit Regularis, sive quia dicet potestatem approbandi Regulares non convenire Episcopo de jure officij, sed ex iure à Tridentino aut Papā delegato; sive quia admissa adhuc eā potestate tamquam ordinariā in Episcopo, & delegata in Capitulo, dicit privilegium sibi à Clemente IV. concessum, quo eximitur a tali Capituli iure. Reponat Vicarius sublatum à Tridentino dictum privilegium: negabit Regularis, nam Tridentinum unice subiecti Regulares approbationi, & examini Episcopi, non vero Vicario Capitulari. Replicabit Vicarius, quod cum habeat tum ius examinandi Confessores facultares approbatos a demortuo Episcopo, tum Regulares non approbatos, quorum approbatio, & facultas expiravit, cur non habebit quoad Regulares approbatos? Fatebitur Regularis eam in Vicario potestatem quoad facultares approbatos, & Regulares non approbatos, aut quorum tempus expiravit; negabit quoad Regulares approbatos, fixus, & nixus Clementis privilegio, cui ferè omnes Theologi, & DD. nituntur. Urget Vicarius sibi tantam potestatem convenire, quantum subsecuturo Episcopo, qui potest omnes Regulares etiam illimitatē approbatos ab Episcopo antecedenti examinare. Negabit Regularis, & adhuc concessā tantā facultate, renuet examen, eo quia Clemens cum eximit ab examine Capituli, non ab examine Episcopi futuri, ut expressē inuit.

N. 261. En numquam absolvenda Capitulum inter, & Regulares lis, si confusè procedatur; quilibet vincet, nemo vincet. En non aliis in hac juriū contentionē proventus, quam uberrima iurigorum, quin & scandalorum leges, quae scandalū co maiorem fūment augētū, quo neglecto omni prudentiali arbitrio ad minas, & terrores procedatur, arreptā inde iūstā, ut dicent Regulares, a Capitulo cagū, quod Regulares approbat, examē negligant, quas tamen minas velut iūstā Regulares despiciunt, fixi, & nixi Clementis privilegio, quod fūsile conceſſum certum est; fūsile derogatum, certum non est; immo ei fētē omnes Doctores, ut certo ſubſtenti, nituntur. Niſi ergo vel Sedes Apoſtolica illi privilegio deroget, vel definiat in eſte Capitulo tale jūs; vel à nobis certū aliquod jūs iſtātū in Capitulo, à quo nullo prætextu privilegiū ſubducere ſe poſſint Regulares approbat, jūs illud examinandi Regulares approbat, quod Capitulo prætendit, tempr sub lite erit, & à Regularibus negabitur vi ſui privilegiū. Acedit, quod adhuc dato hoc examinandi Regulares approbatos jure in Capitulo, vix quid in Capitulo utilitatis? Vel enim Regulares fuēt à mortuo Episcopo illimitatē approbat, vel limitatē? Si illimitatē, hi pauciſſimi ſunt, & plerique ſunt vii vitæ & doctrinæ probitate clari, & quod hos Capitulo facile ſubmittere poſt ſuum iudicium iudicio Episcopi demortu eos illimitatē approbat, quin veniatur ad juriū contentionē, de poſte & nō poſte Capituli, de poſte, & non poſte Regularium: quare cum his Vicarius diſsimilare prudenter poſterit ſuum jūs, nō in dubium vocet. Si ſunt limitatē approbat, ut ſolent plerique eſte, ab dubio plerumque approbat paucos intra dies expirabit, quibus absoluti, ſi poſte qui velint in audiendo ſæculares, debent ſe Vicario ſiftēre, examinandi, & approbandi, quin pro modico tempore juriū tumultus excitetur. Quare laudarem ut totus rigor & conatus & diligentia foret in adnotando ad unguem approbationis loco, tēpore, perſonis, alijsque circumſtantij, ſub quibus dicti Regularis approbat fuere: in his enim prudentialium inſtat periculum ne approbationis limites prætergrediantur, & in hos ſevere animadverendum. Modicā igitur prætensi juris diſimulatione totum facile componetur; juriū contentionē, numquam, niſi à Romāna Sede paretur antidotum.

Tom. III,

§. III.

Mea mens.

S U M M A R I U M.

Do Capitulo jūs convocandi Regulares, etiam illimitatē approbatos, & examinandi approbationis litteras. Nego jūs examinandi perſonas, 262.

Mea concluſio faverit, tum Capitulo, tum Regulares, ibid. & n. 266.

Capitulum Sede vacante eſt dominus gregis ſæcularis, eique conuenit jūs deſenſtruum ſui gregis, n. 263.

Hoc jūs conuenit Capitulo vi ſui officij, n. 264. Prudenter eo utendum, ibid.

Regulares huic juri reſiſtētes peccant mortali- ter, ibid.

Do Regularibus approbatis indultum, ne à Capitulo examinentur, n. 265.

Clementis IV. Bulla vix negari poſt, ibid.

Non omne jūs ordinariū Delegantis tranſit in perſonam delegatam, ibid.

Regulares a mortuo Episcopo ad tempus approbat poſſunt a Capitulo examinari, ibid.

An Breve Clementis IV. ſit certum, n. 266. & 275.

Nil certi dicetur, & aeterna rixa, non diſtincto jure examinandi perſonas à jure examinandi licentias, n. 267.

Quam antiqua Episcopos inter, & Regularis querela, n. 268.

Monachi olim erant in totum ſubjecti Episcopis. Et primus, qui eos exemit, ſuit magnus Gre- gorius, ibid. & 269.

Iterum ſubjecti Episcopis, & iterum exempti, ibid.

Clemens X. item terminavit, ibid.

Humana malitia ſepe peccatum perſonale alicuius ſtatuſ facit originale omnium, n. 269.

Laudanur impene tum Ecclesiſtici, tum Re- gulares, n. 270. 271.

Pape in Regulares benevoli, n. 271.

Iudico rem facile componi poſſe, ſi di- N: ſtinguatur jūs convocandi perſonas, & 262: examinandi approbationis litteras, à jure examinandi perſonas, & reprobandi authenticas approbationis litteras. Quod enim ea jura ſint diſta, patet ex diuersis objec̄tis. Do Capitulo, Sede vacante, jūs iuridicione convocandi. Confefſores Regularis, etiam illimitatē à defuncto Episcopo ad ſæcularium confeſſionem approbatos. Do quoque Capitulo jūs examinandi approbationis a Regularibus præhabite litteras. At nego Capitulo idem jūs examinandi perſonas, & revocandi litteras, niſi nova, eaque gravif-

XX finia

sum ex parte Regularis superveniat causa. En per primam clausulam tatis juri Capituli confutum, ut quasi gregis sui Dominus manus suum feliciter obire posuit, cognoscendo per authenticas approbationis litteras Regularium doctrinam, & mores, quibus viduatam Episcopo Ecclesiam, & orphantum Dioecesis gregem pascere posuit. En per alteram clausulam Regularium privilegio consultum, quod concedit, ut Sede vacante liberè ea licentia absolventi uramur, quā antea. Neque enim litteras approbationis a defuncto Episcopo præhabitis, Vicario Capitulari examinandas subiecere, est se examini subiecere; neque se Capitulo prætentare, est ab eo iterum approbari, ut minus docte aliqui opinantur.

Quod vero dictum jus vi sui officij competit electo, à Capitulo, Vicario, est mihi innegabile. Primo; quia Capitulo, Sede vacante, incumbit onus prospiciendi Ecclesie suo Pastore viduatus. Quis vero huic oneri satisfiat, nisi sui gregis Pastores, inter quos sunt pricipue Confessores, cognoscat, quā auctoritate gaudent, quā vita integritate florant; an cum subreptiis fictiōne approbationis litteris, ut nuper in non paucis accidit, absolvant? Secundō non latet ab Ecclesia viduatus suo Pastore Ecclesiis provisum foret, nisi hoc jus convocandi omnes Confessores qualitercumque approbatos quadā facultates audiendos, & examinandi exhibitas licentias, Capitulo, conveniret, pricipue cū Sede vacante facile sit, ut absolvendi incapax Confessorem se simulet. Si ergo ab Ecclesia in re minori provisum Capitulo Sede vacante, quanto magis in hāsumi momenti re? Sanē nemo negat Vicario Capitulari inesse jus examinandi, & approbandi de novo omnes facultates Confessores à defuncto Episcopo approbatos: nemo jus examinandi Regulares, vel non approbatos, vel post elapsum approbationis tempus à mortuo Episcopo limitatum: ergo negari nequid Vicario Capitulari insit jus convocandi omnes Regulares, eti illiusmodi approbatos, & examinandi licentias à mortuo Episcopo prahabitas: nisi dicere velimus post Capitulum gregem suum committere viris, quos an Pastores, an lupi sine san fine, an cum, & quali licentia absolvant, ignorat. Porro huic suo juri cedere nequid Capitulum, cū in lege naturē fundetur, immō in lege Religionis: urbanissime tamen, pro more, ex iure utendum, ut in simili dixi de Episcopis dīsp. 1. s. 5. 5. secernendo pro meritorum, & dignitatum differentiā Regulares; & iatinhabendo; ut Re-

N.
264. *int. san. illi, ad cuius, & quād necessitatis as-
solvant, ignorat. Porro huic suo juri cedere
nequit Capitulum, cūm in lege nature fun-
deretur, immo in lege Religionis: urbanissi-
mē tamen, pro more, eo jure utendum, ut
in similī dixi de Episcopis dñp. 1. set. 5. se-
cernendo pro meritorum, & dignitatum dif-
ferentiā Regularēs; & iatinhabendo; ut Re-*

ligiosi, vel scripto per suos Prelatos, vel personaliter per se, tstante Vicario, faciat licentias, ab eo authenticè examinandas subjiciant, tanto magis, quod antiquis Regularibus, ne quidem Episcoporum probatione egabant, ut late ostendit preclarus M. Pasier, tom. 2. pag. 33. an. 12. reg. latis plurimis Pontificum Bullis, hodie tamen a Pontificibus succettoribus revocatis, quorum Brevia, nempe Urban VIII. & Innocentij idem magister, nec non alij, in iuxta Barbastrensis, & Frallo de Regia Indianorum Patronata cap. 72. pag. mibi 194. ob contentione in Indiis inter Illust. Palios, Archiepiscopos Angelopolitanum & Notrios exortas, trahunt. Cum ergo huc Vicari Capitularis juri convocandi pertons, & examinandi licentias faciliumini sit obsequi Regularibus, intracto adhuc cordis privilegio, non video qualem Regulari aliqui licite obsertere possit: quin non video qualem observens a culpâ mortali excusat possit; & magis quod si tali exquisitissimo Capitulari juri obseruat, anfain dabit scandalis, & iuris, & ne Capitulum pacifice humanum suum obire possit, nisi clausis oculis, & omnem quæ sit approbatum venditat indifferenter admittat, sive sit, sive non sit. Teuentur ergo Regulares huic jurisdictionis juri, conlocatores personarum, & examinatores lectorum, sub gravi parete: neminemque arbitrio, qui nisi inurbamus, inobediamus, & irreligiosus auri velit, ei juri restitutum. Hoe jus de Capitulo Sede vacante.

Do Regularibus illuminare approbat N.
(quandoquidem sunt plerique Theolog. 265.
qui stant pro sententiâ tunc, post Regu-
lares ab Episcopo demortuo approbatos ab-
solvere seculares Sede vacante, abhuc co-
quod a Vicario Capituli de novo approba-
tur), do, inquam, perpetuum, Sede vacante,
privilegij sui integratorem: tum quia con-
stat hoc privilegium fuisse conceatum, non
constat esse revocatum; tum quia illud ipsi
sum privilegium ad partes mensis profran-
solet, usquedam stetcedat in candens Se-
dem novus Episcopus, quo subfruatur, nil
valeret; tum quia difficulter probabatur,
quod potestas approbativa Regularium
sit ordinaria Episcoporum, atque adeo
transeat ad Capitulum; tum quia dato quod
adeo ut, si Regulares a Pontificibus, ita
Episcoporum approbandi jure exempli non
fuerint, sufficiat ab ipsis Episcopis exami-
nandi in ordine ad audiendas oves Episcopis
non inde sequitur quod simile jus approban-
di Regulares transeat ad Capitulum. Sedit
vacan-

vacantes: illud enim jus convenit Episcopo, ut Episcopo, & eti jus fundatum in dignitate Episcopali, quia caret Vicarius Capitularis. Pater hoc in pluribus. Numquid, quia mortuo Papa succedit in Ecclesia regimine Collegium Cardinalium, dicemus huic Collegio de potestate delegata convenire infallibilitatem, & omnem in hominis intellectu, & voluntatem iurisdictionem, vel potestatem eradicare Cardinalium? Numquid Concilium Regium habet ex potestate sibi delegata omne omnino jus, quod de jure ordinario convenit Regi? Non sanè: quia plura jura sunt alligata tali dignitati, quæ si deficiat in alio, eo jure ne quidem ex potestate delegata frui potest. Dixi me dare privilegium Regularibus illimitatè approbatis, ne umquam, Sede vacante, examinarentur a Capitulo. Nam si de approbatis ad annum ex. gr. sit sermo, hi elatio anno postulant a Capitulo examinari: etenim Clementis IV. Bulla, cui niterit hoc privilegium, dicit, quod Regulares, Sede vacante, libere utantur licentia absolvendi. Cum vero absolvendi licentia data ab Episcopo præmortuo non fuerit ex. gr. nisi pro anno, quæ Regulares approbati ab illo, elatio anno, ati nequibant, sed alia prorogatio approbationis petenda fuisset ab Episcopo, si superlites fuisset; consequenter, & in nostro casu, alia prorogatio approbationis, siue per ratihabitionem antecedentis, siue per novum examen, prout Capitulo placuerit, à Capitulo habenda est: nam approbati ad annum, eo elatio non sunt nunc approbati, sed fuere; ut vero nunc absolvant, nunc esse debent approbati.

N. 266. Hinc patet cur hæc in re censuerim potius prudentialiter, & distinctè juribus, quam confusis procedere. Primo, quia per jus convocandi personas, & examinandi licentias, (quod concedo Capitulo) potest Capitulum suum munus obire. Similiter per jus aut privilegium (quod concedo Regularibus) ne novum durante sua licentia subeant examen, postulant Regulares facilimè obedire. Secundo, quia si res contentione primi juris utriusque agenda, perpetuæ inter Capitulum, & Regulares mentis, & voluntatis rixæ, & forte scandala; ut ostendit n. 261. & 262. Terziò, quia vel res est de probabilitate extrinseca, vel de intrinseca utriusque opinionis? Si de extrinseca, nemo negare poterit, quod sententia negans inesse Capitulo jus examinandi Regulares ab Episcopo demortuo approbatos, sit longo excessu probabilior, quam affirmans: nam pro negante tale jus in Capitulo stant ferè omnes, & quidem magna authoritatis DD. quos dedi n. 256. & 257.

Tom. III.

pro affirmante non nisi duo, & quidem, ne quidem duo, ut ostendit n. 254. & 255. ergo si res auctoritate agenda est, nequit Capitulum examinare dictos Regulares approbatos. Quod si quæstio non est per auctoritatem, sed per certam rationem ab solvenda, pro neutrâ parte video rationem certò validam. Nam privilegium Clementis IV. Clem. in quo DD. sententia negantis Capitulo jus iv. examinandi Regulares, tam acriter insitunt, mihi valde dubium est an fuerit revocatum, præsertim si sunt vivæ vocis Oracula, ut indicat P. Pelliza. tom. 2. tr. 8. cap. 2. n. 44. il. P. Pelliz ludique revocatum afferit M. Donatus: & M. Don quidem cō magis dubito, quod hodie vix sciri potest, quæ privilegia Regularium quoad absolvendum sint, & non sint revocata; & Urbanus pleraque vivæ vocis Oracula abolevit: ergo hinc privilegio me plenè fidere nequeo. Similiter ratio, cui intentia negans insitit, quod potestis delegata non transfeat ad alium, atque adeo non transfeat ad Capitulum facultas examinandi Regulares approbatos, cum ea facultas respectu ipsiusmet Episcopi sit delegata; hæc, inquam, ratio crudita esse potest, non tamen solida, ut item dirimat: etenim judico quod facultas approbandi Regulares conveniat, de jure sui officij, Episcopis: ergo si item rationibus sententia negantis Capitulo jus approbandi Regulares approbatos, nil solidum habetur. Idem dico de rationibus sententia affirmantis tale jus inesse Capitulo; tote ejus ratio est, vel negare privilegium, quod tamen a pluribus tamquam subsistens admittitur; vel dicere, quod cum potestis approbandi Regulares sit ordinaria in Episcopis, transfeat ut delegata ad Capitulum. At utrumque facile negatur; & adhuc admissum, quod sit ordinaria, non ideo transfeat ad Capitulum, quia ligata dignitati Episcopi.

Vides, mi Lector, quod nisi nobiscum N. distinguatur jus convocandi personas, & 267. examinandi licentias, à jure examinandi personas, & reprobandi authenticas approbationis litteras, nil certi unquam dabitur in re tam frequenti, & necessariâ; quin perpetuæ ubique rixæ: econtra hæc prudentiali jurium distinctione, tam Capitulo, quam Regularibus favetur: & viduata Pastore Ecclesia, mutuo Capituli, & Regularium amplexu fovetur.

Profecto novæ non sunt, sed coqæ quasi N. Ecclesiæ, diræ inter ipsos Episcopos, & Regulares contentiones, fundatae in hac, an Episcopi habeant jure sui officij iurisdictionem in Monachos, & Regularibus. Quod scio est, quod Gonzalez Tellez (qui à me inter

Xxij Canonis

DISPVT. XXX.

520

Canonistas maximo in pretio habetur, non enim totum ejus negotium est paginas repetitus textibus, & citationibus implere, vix ullà additâ ratione, sed ita res canonicas tractare, ut methodo syllogistica, & intrinsecâ graves complectatur pro sua mente rationes) hic ergo eximius Canonista in 1. *Decret. librum iit. 31. de officio juris Ordinarij cap. 19.* incipit: *Grave* refert Monachos fuisse temper Episcopis subiectos; & Divum Augustinum Monachis regulam dedisse, & Concilium Chalcedonense can. 4. expresse dicere, quod Monachi sint Episcopo regionis, in qua vivunt, subiecti; & quod nemo Monasterium accepit, aut fundet, nisi permittente Episcopo. Trahit numerosos DD. inter quos Barboſam lib. 2. juris Eccles. cap. 12. n. 21. & Poteſt. Episcop. allegat. 105. P. Azor tom. 1. Jufit. lib. 12. c. 10. Brunonem Chaffai. Challaing de Privil. Regul. tract. 2. P. Gib. ballinum de Scient. Canon. lib. 7. c. 9. qu. 3. & alios. Erant ergo Monachi adeo subiecti Episcopis, ut nequirent alio ritu Officia celebrare quam præcripto ab Episcopo, ut ab Episcopis Monasteria visitarentur, ut Monachi ab illis emendarentur, & corrigerentur. Quia vero (inquit dictus Gonz. Tellez pag. 804. col. 2. in medio) Episcopi Monachos sibi subiectos severè, & irrationabiliter tractabant, hinc à D. Gregorio M. in Concilio Lateranensi statutum, ut Monachi suis tantum Abbatibus subiecti forent. Quare Monachorum exemptionem ab Episcopis, adeo ut soli Romanæ Ecclesie hodie subordinati sint, ab ipsa Episcoporum fætia, ait, originatam. Plura quoque in hanc M. Doni. rem habet doctus M. Donat. rr. 13. de Exemptione Religios. qu. 6. qui plurimos recitat censentes, quod Religiosi de jure communii sint Episcopis subiecti, & quod juris canones stent pro Episcoporum in Religiosos juridictione, à quibus canonibus, repetitis Pontificum privilegijs, ab eodem M. Donato qu. 8. ad verbum relatis, Religiosi dicuntur exempti. Quia vero humana imprudenter evenit, ut Religiosi suismet privilegijs contra Episcoporum jurisdictionem abutentur, hinc subsequentes Pontifices pleraque privilegii in totum abolevere. Perpendat Lector inquietum Ecclesiasticos inter, & Religiosos systema. Olim Episcopis integrè Monachi subdebantur: conquesti hi de illorum laetitia, & declarati à Magno S. Greg. Gregorio exempti. Abiſi subinde suis privilegijs Regulares, & plerisque revocatis à Sede Romana iterū fuere Episcopis quoad plura subiecti. Conquesti de novo Religiosi Pius V. si de Episcopis Beato Pio V. superstiti, qui

in pluribus pro illis stetit. Tandem discordia à Clemente X. composita in Bullâ, *Sapientia*, utrique in pluribus favendo, & in pluribus non favendo.

Non ergo, quasi novum Africa moniſtrum, demiranda frequens hac Ecclesiasticos inter, & Regulares contentio, & quidem saepe ob levitatem rem, unco ubenatis officio concludendam. Utrique ita Marte pugnant; illi ut præcipiant; illi, ut se eximant: illi pro sua, ut putant, iuridictione; iti pro iuri, ut opinantur, exemptione: obliiti interdum le codem Ecclesiastico lacte nutritos, se eodem sanctissimo Pane saginatos, se pro morum reformatione delinatos, le eidem aeternæ gloria albo intercedos. Utinam, que ut plurimum nominis unius Ecclesiastici, aut Regularis culpe, obſtetricante malevolâ fæcularium intentione, quasi originalis culpa, in omnes Ecclesiasticos, omnesque Regulares, non refundatur! Utinam ad perfectionem, ad quam utrorumque institutum utroque promovet, tendant utrique, & mutuo charant Divinæ amplexu manus invicem dent. Quam brevi intervallo, servata ea, quam Ecclesiastica Hierarchia, inter caput, & membra, suspirat subordinatione, Chilli Domini ovile pingueceret! Quam nulla in curijs lamenta! Quam jejuna in fæmicio Iudea cupiditas!

Sciant Regulares, Ecclesiasticos fore Ecclesiastiq. Primogenitos. Sciant Ecclesiastiq. leges ab illis conditas. Sciant Dei Ecclesiastianum nunc corum sapientia propagatam. Sciant eos ubique, ut juris Arbitrios statui. Sciant Miratii Domini splendorem corum frontibus coævum. Sciant laureatam quæ sanguine, quæ heroicarum virtutum cultura, corum beneficio Christianam Rempublicam. Sciant verendum Vicariatus Chilli D. diadema Ecclesiasticis penè hereditarium. Perpendant hęc serio Regulares: nulla tunc in le illis subiiciendo alperitas, indocilicas nulla. Ecclesiastarum Capita, Episcopi sunt, quin quilibet suā in Dioceſi quā alter Papa Parent Regulares, colant, obsequantur, subordinantur, diligent.

At sciant quoque Ecclesiastici non tantum Dei leges, sed Servatoris nostri confilia oppido à Regularibus aucta. Sciant inerdecem utriusque Ecclesiastiq. Latin, & Græcæ Doctores, septem eorum Monasticum, & Mendicantium institutum professos. Sciant Regularium industria eferatissimas quæque Nationes ad Ecclesiastiq. gremium deducetas. Sciant ab antiquis, & modernis Pontificibus Religiosos ob stupendos Ecclesiastiq. progra-

S E C T. X.

528

Honor. III. progeslus stupendis privilegijs locupletatos. Testes authentici sunt Bonifacius VIII. Bonif. XI. Benedictus XI. & B. Pius V. hodie Divis infertus, referens 26. gravina, quibus Regulares vexantur ab Ecclesiasticis & quorum utrorumque in columati proficiend Clemens X. Bullam suam edidit. Sciant a Sixto V. in constit. Postquam verus ille §. 4. relato à Neusier d. 138. 4. Decretum, ut in supremum Cardinalium Collegium, quatuor faltem, ex Ordinibus Regularibus in idem Collegium adscribantur. Neque vero quis, laudator temporis aeti, autumari poterit, melioris frugis extitisse. Antiquos, quam modernos Regularis: vix enim reperire erit seculum, quo tot Regularis (ea quæ hodie rigidissimam canonizationis methodo proceditur) sint Sanctorum Catalogo adnumerati, quo nuperim elapo: cum ferre omnes Regularis sint. Sint igit Ecclesiastici Christianæ Republicæ capita: submittant se illis, nil renitend, Regularis. Sint Regularis Ecclesiæ membra, oculi, lingua, aures, manus: tractentur, ut nobilia Diocesum membra. Ubique pax, ubique concordia, ubique Christus D.

§. IV.

Alio pro meo intento rationes.

S U M M A R I U M.

Nisi certum aliquod jus detur Capitulo, semper rixa, n. 272.

Jus examinandi Regularis approbatos est prorsus incertum, ibid.

Vicarius a Capitulo eletus vocatur Pro-Episcopus, n. 273.

Est dominus gregis Pastore viduari, ibid.

Jus vocandi Regularis approbatos, & examinandi eorum licentias, convenit Capitulo ratione sui officij, n. 274.

Si licentia non sit notoria, est exhibenda, ibid.

Exemptus a jurisdictione non est exceptus a jure reverentiali, ibid.

Nemo suasres, & gregem ignato viro comittit, ibid.

Quoties ex exemptione maximum imminet damnum, nulla datur exceptio, ibid.

Si Regularis non sunt excepti a Capitulo in re minori, neque quoad absolvendum seculares, n. 275.

In re gravi non nisi exhibitis litteris creditur, ibid.

Capitulum est directe dominus gregis, eique convenit jus coaffectum in alios, ibid. & 276.

Tom. III.

Confermo 1. quia nisi certum aliquod N. jus conferatur Capitulo, nil in hac tam 272. gravi, tamque contentioſa materia, certi inferri poterit: & perennes semper erunt inter Capitulum Sede vacante, & Regularis a demortuo Episcopo approbatos, discordia, & rixæ: sed hoc jus certum nequit esse jus examinandi Regularis, & revocandi licentias: ergo aliud jus certum querendum est. Minor conflat: quia jus examinandi personas, & revocandi licentias ab omnibus ferre T. negatur, etiam dato quod tale jus de jure communi conveniret Capitulo: negatur autem, vel quia volunt quod Regularis ex privilegio Clementis IV. sint ab eo communi jure exempti, ut in plurimis alijs, que Episcopis, & eorum Ordinariis de jure communi conveniebant, exempti sunt: vel quia jus ipsum approbandi Regularis non est nisi delegatum in Episcopis, adeoque illi non succedit Capitulani: vel quia, ethi summum quod concedi potest, concederetur Episcopis, videlicet omnes Monachos, & Religiosos esse illis de jure ordinario ex vi sui officij subiectos, aut faltem esse subiectos quad ab aliendum secularis, ut ego verum iudico, attamen tot privilegiorum concessione, hodie ab ea jurisdictione exempti sunt: ergo jus certò conveniens Capitulo in Regularis approbatos, nequit esse jus examinandi Regularis, & revocandi licentias. Aliud ergo jus certum querendum est.

Non puto aliquem dicturum, quod Capitulo, Sede vacante, nullum jus certum 273. convenire debat in Regularis approbatos, March. Sic enim conclamat in eis de Ecclesiæ suo Pastore viduari: cum tamen indubitatum sit eam viduata Ecclesiam, ejusque gregem subiectum esse Capitulo Sede vacante, & hujus muneri esse eum gregem custodire, & ideo Flaminius Marchetti in sua Praxi Vicarii Capitularis pag. mibi 24. dicit, quod Vicarius Capitularis vocari solet Pro-Episcopus. Si autem Pro-Episcopus certum jurisdictionis jus ei competit, saltem ne quis gregi suo, nisi a se cognitus immisceat, nec enim si Regularis non approbatus ei gregi se immitceat, quasi a mortuo Episcopo approbatus, reddenda de gregis secularis damno erit ratio a mortuo Episcopo, sed a Pro-Episcopo seu Vicario Capitulari, qui non examinata ejus licentia absolvendi facultatem ratihabuit. Igitur Dominus viduata Ecclesia est Capitulum, & Pro-Episcopus; ergo certam habent in suum gregem jurisdictionem, certumque jus, acquisi. ius gregi, ei invito, præcipue cum facultate absolvendi, non notoria, (fed ut experientia

Xxij testis

D I S P V T . XXX.

522

testis est y ſepe dubia, ſe immifeat.
N. Cum ergo jus aliquo certum convenire
274 debet Capitulo; jus autem examinandi per-
 fons, ſeu Regulares approbatos, & revo-
 candi eorum hecetas ut valde incertum,
 quum patim, ut dixi, negant, refutat, ut
 hoc certum jus, fit jus convocandi Regulares
 approbatos, & examinandi eorum hecetas,
 an authentice ſint. Porro quod hoc jus
 conveniat ratione officij ſit ipſi Vicario pa-
 pat 1. quia ipſe Vicarius Capitularis est Do-
 minus ejus gregis; igitur ei convenit jus ju-
 rifidiciorum, tum directivum, providingo de
 praeciaris Paltoribus, temi coactivum reſi-
 ſtendo illis, qui libi non ſunt certo boni.
 Quis enim in re tam gravi, qualis eft confel-
 tio sacramentalis, conculat Vicario, ne con-
 vocet Regulares, neve de eorum licentia,
 an legitime ſint, ullum examen inſtituat?

M. Don. Inimico quis noni conſulet, ut convocet per-
 fons, & examinet litteras? Etenim quoties
 exemplio, aut facias eft notoria, illi stan-
 dum eft; ſi rauen non eft, facultas, privile-
 gium, & licentia exhibe: & ideo ſcīt
 monet M. Don. in 13. q. 17. qui poſtquam
 docuit, Regulares exemptos citatos ab Or-
 dinariis non teneri comparere, eo quia ex-
 emptio ſupponit notoria, ſi tamen non ſi
 notoria, ut eft in noſtro caſo, approbatio,
 quin ſape dubia, tenentur comparere, &
 tuas litteras exhibere: inimico & in eo caſo, in
 quo notoria eft exemplio, (dico ego, appro-
 batio) tenentur Regulares, ait, ex quadam
 decētia comparere, ut tuas litteras exhibe-
 ant: ſi ergo exemptus a jurisdictione non
 eft exemptus a jure reverentiali, ut docte P.

P. Sanc. Sanc. lib. 3. de Matr. d. 33. n. 23 & lib. 6.
 Sum. cap. 1. n. 14. quanto minus non exemptus a jurisdictione Capituli, ut ſane eft con-
 feſor Regularis approbatos? Nisi decre ve-
 limus, Capitulum deſtitutum omni jure de-
 fensivo ſui, ſuique gregis (quod ſanc nemo
 de re ſua familiariter, de ſuis bobis, equis, ovi-
 bus dicere, non habere hęredem jure exami-
 nandi (patorum anteriorum fidelitatem)
 quanto minus, ita quā, non exemptus a
 Capituli jurisdictione renebitur tuas litteras exhibere? Nęque quis pretendere po-
 tel, te utpote Religioſum, eſe immunit a
 jure examinandi ſuam approbationem.
 Nam ad ſuam exemptionem a Capitulo, ſa-
 tis, ut ſit exemptus a jure examinandi ſuam
 perſonam: p̄terea nulla datur exemptione,
 quoties ex ea immunit irreparabile
 dampnum, ut immunit, niſi licentie prahabite vi-
 ſitentur.

N. Virgo: Nemo negabit plura competere
275 Vicario Capitulari, inter quae nequias Regu-
 laris, eti habeat a defuncto Epifcopo con-
 nandi licentiam, fine p̄via ab illo venia
 aut benedictione, in ſu Ordinis tempore
 concurrit: ita P. Pelizar. tom. 2. n. 3. 1. 1.
 & alij ab eo conſulti, inter quos Carol. C.
 Lugo, P. Baldellus, & alij Rogo mod. 1. 1.
 Clementis IV. Breve, cui tantum fidit ſen. Clem.
 tentia negans Capitulo jus in Regulares ap. IV.
 prebatos, eft valde, & ſubtilis pro-
 emptione Regularium a dicto jure, ſed ut
 poſtint, Sede vacante, libere ea ſiccau-
 diendi ſeularium confeſſiones ut; cur non
 quoque licet Regularibus, qui concionan-
 di ſicentia ab Epifcopo anteriori habuere,
 libere ea licentia, Sede vacante, ut, abhinc
 eo quod p̄via in Vicario vñiam pene
 Nam Breve Clementis IV de utraque licen-
 tia idem prorutus concedit. Vel ergo Sede va-
 cante, nulla a Regulari ad concionandi & con-
 feſſiones approbat, licentia a Capitulo pe-
 tenda eft, li Breve non eft derogatum, vel
 in utroque, cum individuum iudicium verbi
 Clemens, Regularibus dubitabitibus de la-
 centia abſolventi, & concionandi Sede va-
 cante, reſpondet. Quod licet, poten-
 tiam pro concionando veniam, non pro ab-
 ſolvendo, contra eft, quia hoc ipſum quod
 quia eadem licentia in utroque caſu conce-
 la: immo ex hoc inſtrami, vel Brevis inſi-
 ſentiam, vel poſte a me quoque das in-
 terpretationem, quod Clemens IV exmat
 Regulares approbatos a jure novi examini,
 non ab exhibendis litteris, & harum exami-
 ne. Demum contra omnem prudentem mihi
 videtur aſſerere, quod concionenti Regu-
 laribus privilegium, ut licet abſolvent
 non exhibitis litteris approbatos, adeo
 prudentiaſalter, dubijs. Omīto que habet
 M. Paſter. art. 1. n. 1084 volens quod con-
 natores Regulares non teneant a Capitu-
 lo petere benedictionem pro concionando,
 niſi ubi eft conſuetudo. Laudo coheretum,
 modi ſic arguo: Si in re minoris momenti
 Capitulum habet jus convocandi Regulares
 ad idem ministerium a defuncto Epifcopo
 approbatos; cur non habebit in re tam gravi-
 vis momenti? & ubi quidquid peragatur, &
 cretis auribus committitur, nec audit, &
 a quo illatus gratia frequenter dependet, non
 habebit jus convocandi Regulares ad ab-
 vendum approbatos, ut te preſentet, ha-
 que litteras exhibeant? etenim in re gravi-
 non niſi exhibitis litteris creditur, necler-
 tum prodeſt, niſi preſentetur, art. Barri-
 frenſis pag. 60. n. 11. & 12. & de hoc eni-
 poteſt P. Sanc. tom. 2. Confil. lib. 6. n. 6. 1. 2.
 dub. 4. Quare ſemper perſiſto, quod Regu-
 laris approbatos citatus a Capitulo, eti non
 teneatur

teneatur comparere, ut subditus examinandus ob suum privilegium, debet tamen, non tantum ex decencia, & jure reverentiali, sed ex jure jurisdictionis, quod Capitulum directe habet in suum gregem, & indirecte in omnem, qui, se invito, vult suo gregi regendo immiscere; debet, inquam, Regularis dictus comparere, & litteras exhibere. Si enim Capitulo, Sede vacante, inest jus examinandi Regulares non approbatos, ne le immiscant in audiendis facultarium confessionalibus, cur jus examinandi litteras Regularis approbati, ob idem motivum, Capitulo non competit? Rogo Regulares, hoc jus examinandi litteras Capitulo negantes, nun contenti forent; si Capitulum te in regmine Regularium quoad Religiosum gregem, simo quoad laiculares suos domesticos, in gereret? Applicant.

N. 276. Confirmo 2. quia Capitulum, ejusque Pro-Episcopos, seu Vicarius Capitularis, est Pater, Pastor, Cuius, Dominus viduati gregis: ergo omnia jura, quae his convenient, competit Pro-Episcopo ejus gregis; sed jura his competencia non tantum tunc providedit, pacendi, custodiendi, subendi, sed etiam jura defensiva, seu defensuendi ab omni imminentia malo omnes, si rationabiliter invito, gregis sui aggrediuntur; ita tuncque haberetur, & Pater, Pastor, Cuius, Domini nomine indignus, qui incognitum sibi servum suo ovili praetuleret; & eo magis, quod periculum prudens elet, quod Pedagogus foret lapsus sub ovinis pelle, & quod servus foret infidelis, & nequam: ergo Capitulo insunt jura defensiva sui gregis, & jus latem cognoscendi Regulares approbatos, & examinandi litteras approbativas, num authenticæ sint. Igitur Capitulo competit jus puniendi transgressores hujus sui juris: quia vero pena puniendi, an etiam revocandi facultatem abolivendi, paulo post dicam. Monco autem, ut semper distinguantur ea duo jura, Examini litteras approbativas; & examinandi perfonas. Hoc ultimum jus nego Capitulo, atque adeo Regulares approbati nolentes se subdere examini, nec contumaces, n. c. inobedientes, nec penam digni esse posunt, cum nullum tale jus habeat Capitulum in approbatos Regulares: econtra puniri pro maiori aut minori resistentia posunt a Capitulo Regulares, reculantes le sifere, sicutque litteras ostendere Capitulo: hoc enim jus competit Capitulo, iuunque jus in rem tam gravi rueri tenetur, ne damnum irreparabile viduato gregi immineat, inexaminitis approbativis Regularium litteris; tuncque

enim competit jus tuendi rem suam, quam offensiva, si pri a defensio non sit ratis; ergo multo magis annulandi litteras inexaminitas, & eorum facultatem.

§. V.

Gravis practica objecit.

S U M M A R I U M.

An a Capitulo Regularis, non presentatis sue approbationis litteris, puniri possit, si absolvit? n. 277.

Inobedientes convocatoris, & nolentes litteras exhibere, malum in Curia Romana exitum timere posant, ibid.

Regularis non presentatis litteris absolvens, validè absolvit, n. 278.

An Regularis ab Episcopo approbatus, non a suo Prelato, validè seculares absolvit? ibid.

Regularis non presentatis litteris absolvens, illite absolvit, n. 279.

Si seculares sint consuicti culpabilis resistentia, invalidè a deo Regulari absolvantur, n. 280.

Confessio potest esse invalida, cum ratione Confessoris, cum penitentis, ibid.

Quid juris in Capitulo contra Regulares, litteris non exhibitis, absolventes? n. 281.

Cur Regulares nolentes examinari, non sint contumaces, sint autem nolentes presentare litteras? n. 282. 283. 284.

Est regula juris, quod omnia Episcopi iuris transiunt ad Capitulum, n. 285.

Negari Capitulo negari jus examinandi litteras, ibid.

Si episcopi offensio sit defensio, ibid.

Jus constitutum convenit Capitulo, ibid.

Dicit Regularis a Capitulo puniri posant. Quae littere? n. 285. 286.

Jura clamant, quod causa honoris sit nimis arada, n. 286.

Rationes pro sententiâ negant, quod Episcopi punire possint Regulares: multo minus Capitulum, n. 287. ad 291.

Si potestas alicui delegata, eidem conveniat ex jure sui, utrum non est pars delegata, n. 292.

Privilegia revocant jus examinandi personas, non licentias, ibid.

Regularis in Ecclesia sui Ordinis, resiente Episcopo, concordem habens, potest ab eo puniri, n. 293.

Potest non approbatus validè absolvore, si Episcopus ratiæ animatus, si remittatur, invalidè, ib.

Privilegia in aliquam alterius gravamen cedentia, sum sibi intelligenda, n. 294.

Expositio Breve Clementis IV. cum in favorem Capituli, cum Regularium, ibid.

Dicç

N. 277. **D**icces, quid si Regulares a Vicario Capitulari accisi, ut se presentarent, sua-que prehabitas a demortuo Episcopo appro-
bativas litteras, offerrent examinandas, quæ,
& quales, & an authenticæ sint, parere re-
cusarent, & adhuc absolverent?

Respondeo, præterquamquod verendum valde sit, ne hi contumaces suā inobedientiā Capitulum impellant appellandi ad Curiā Romanam, à quā abs dubio easdem pœnas lucent, quas aliqui Regulares suis privilegijs abutentes, ut stipendiæ privilegia ferre in totum abolerentur; atque adeo ut aboleatur quoque prætentis exemptio, ne se Capitulo fitant, suaque litteras præsentent; quin ut Capitulo non tantum quoad litterarum, sed etiam quoad personarum examen subjiciantur: expedit enim ut quod alias licet, ob nova scandalis damnetur, & quod posteri luant, quod priores peccarunt, juxta illud, quidquid peccarunt Graij, plectuntur Achivi. Respondeo, inquam, aliqua hic controvēti posse, quæ ad Theologos, aliqua quæ ad Canonistas pertinent.

N. 278. **P**rimus, an dicti Regulares recusantes se sistere, & suas Vicario Capitulari litteras exhibere, ab eo examinandas, validè absolu-
verent? Ratio dubitandi est; quia sicut plures

quos inter Mag. Passer. tom. 2. art. 1. pag. 49. num. 22. & n. 223. docent Regularem ab Episcopo approbatum, sine licentiā tamē sui Praelati absolvētē sacerdotes, non tantum illicē, sed invalide absolvētē; de P. Fag. quo etiam legi potest P. Fagund. lib. 7. in Præc. Ecclesi. cap. 2. n. 20. & alij; ita dicti posset, quod Regulares illi sine licentiā Capituli absolvētē, invalide absolvant. Quia verò puto veriōrem tentiā, quod ad validam abolutionem satis sit approbatio Episcopi, hanc enim solam petit Tridentinum ad valorem, licentia verò Praelati est necessaria, ut ea Episcopi approbatio data Regulares sit licita illi; consequenter dico, quod dicti Regulares validē absolvētē sacerdotes: etenim habent a præmortuo Episcopo facultatem, quæ durat quoisque revocetur, ut praxis, & omnes docent: ergo cum per Capitulum purè convocans Regulares, ut examinandas offerant suas facultates, dictæ facultates non revocentur, eo ipso Regulares illi validē absolvunt.

N. 279. **S**ecundum est, an dicti Regulares licite absolvētē? Dico quod prorsus illicē, & non nisi cum culpā mortali, eō quia in iustē resistunt iuri, quod inest Capitulo eos cognoscendi, & examinandi litteras approbationis prehabitas, num authenticæ sint. Quōmodo enim Capitulo constat eos esse appro-

batos, nisi exhibitis approbationis litteris. Ergo cū inobedientia sit in re gravissima, & occasionem det, ne Capitulum gregis per cognitos a se Pastores invigilat, non potest non esse summe illicita.

Tertium est, an tœulares consciū dicta culpabilis Regularium refilentia, validē 280. dictis Regularibus absolvētē? Dico quod invalidē prorsus, quia sine dolore conserterunt; implicat enim ut cooperans alienā culpā mortali, suarum culparum dolorem concipiāt; sed tœulares illi cooperantur illicē abolutione a dictis Regularibus datae; ergo dicti sacerdotes invalidē absolvētē. Confessio enim duplē potest: se invalida; vel ex parte Confessoris, quatenus caret facultate; vel ex parte penitentis, quatenus caret dolore, & proprio requisito; aut non est integra, ut debet. Verum quidem est, quod si tœulares invincibiliter negant, aut credant eos Regulares licite absolvētē, tunc ob hunc errorē validē absolvētē.

Quartum est, quid juris in Capitulo Se. N. de vacante, & electo ab eo Vicario in Regulares, non prætentatis, & examinatis approbationis litteris absolvētē?

Hoc dubium indirecte est Theologicum; N. directe est Canonisticum, quia in Legibus 281. Ecclesiæ fundatum, quæ præscribunt penas, tum in genere, infligendas inobedientibus Ecclesiæ iuribus; tum in specie, quod ius coactivum competat Episcopis, Ordinariis, Capitulo Sede vacante in Regulares eorum edita transgredientes. Quare possem, quin de me aliquis conqueri posset, remi-
tere interrogantem ad Canonistas; hi audi-
endi tunt, non ego. Si tamen audi mercede,
en mea decisio fundata in duplicitis juris di-
stinctione. Dedi Capitulo ius convocandi
Regulares approbatos, eorumque approba-
tionis litteras discutiendi, ut veritas confest.
Negavi Capitulo ius examinandi perdonis.
Si hec iura secernantur, quod haecenus a
nemine factum vidi, plana & me judge certa
erit decisio. Si confundantur, omnia in-
certa, perpetuæque rixa inter Capitulum
censurans, & Regulares censuratos, quilibet enim pro se pugnabit, Capitulum pro
suo iure, sicutem delegato; Regulares pro
sua exemptione.

Dico itaque, Capitulum punire posse, in N. dicam debere, eos Regulares suo iuri con-
vocatorio, & litterarum examinatorio, con-
tumaces, simul tamen sacerdibus absoleto-
nem impertinentes. Non posse autem corpori-
nire, ut resistunt novum examen subire.
Loquor semper de Regularibus approbatos

N. 284. à demortuo Episcopo, et si illimitatè. Secunda pars liquet; quia cùm negem Capitulo jus examinandi Regulares à p̄mōrto, Episcopo approbatos, sive hoc sit ex Clem. IV. privilegio à fere omnibus afferito; sive potestas examinandi personas Regulares non sit ordinaria in Episcopis, sed purè delegata, adeo ut ea potestas ad Capitulum non transeat, consequenter dicti Regulares approbati, non sunt inobedientes, & multo minus contumaces, si examen Capituli subire nolint.

N. 285. Prima pars quoque liquet ex à me adductis in favorem juris convocandi Regulares approbatos, & examinandi litteras, quod jus Capitulo inesse ostendit, tum à priori, natione sui officij, est enim Dominus, Custos, & Pater gregis vidui, nec hoc ab aliquo negari potest; clara est enim juris Regula, quod omnia jura p̄mōrtui Episcopi transiunt ad Capitulum Sede vacante, sive ea sint spiritualia, sive temporalia, atque adeo vis coactiva, & defensiva eorum, ut tradit P. Leuren. qu. 456. Lotterius de beneficiaria lib. 2. Pignat. tom. 5. consult. 24. n. 3. & alij, tum a posteriori, eo quod mihi tale jus concedatur Capitulo vocandi dictos Regulares, eorumque litteras examinandi, peniculum erit, ut approbatis se intermseant non approbati. Cùm ergo iuxta legem naturalem sit, ut euicunque convenit jus, conveniat quoque potestas defendendi suum jus, imò interdum potestas offensiva alterius, quæ tamē offensio tunc ob contumaciam violantis sit defensio, ut patet in eo, qui ex moderatione inculpatae tutelæ occidit aggressorem occidere promptum; consequenter, si Capitulo est viduati gregis Dominus, & Custos, non tantum habet jus jurisdictionis in gregem, vetando secularibus, ne dictis contumacibus Religiosis sua peccata depellant, sed coactivum contra sui gregis aggressores, qui independenter a Domini, seu Capituli placito, imò eo invito secularium gregem docere, pascere, ablolvere tentent. Profecto ab illis, qui de hac meā responsione conquesturi sunt, & fortè dicturi, me, ut alicui adularer, in hanc responsionem venisse, cùm tamē mihi temper in votis fuerit dictum magni Gersonis, plus amandam veritatem, quam potellarem, sive sacerdarem, sive spiritualem: quæro, inquam, ab istis, an in suarum rerum familiarium socios, aut in suis pugnæ commilitones, aut in suis jurisdictionis confortium, oculis clausis admirerent viros sibi non notos, ne quidem exhiberent fidelitatis, & prudentiae, & vigoris, & doctrinæ propriæ authenticis litteris, quin

P. Leut.
Loeser.
Pignat.

ab ovo inobedientes? Respondent, & perpendant, quod tibi non vis, alteri ne feceris; Puniri igitur hi contumaces Religiosi à Capitulo poterunt, tervatà proportionatà contumaciam inter, & poenam mensurā, si puniri recusent, ab abolendo ablineant.

Confirmit: quia omnia iura clamant, quod causa honoris sit nimis ardua: si ergo ob causam arduum censure infligi possunt, cur non à Capitulo in eum inurbanum, & contumacem Regularem? etenim honor pro dignitate mentitur augeatur, & quo quis maiori præeminet dignitate, eo magis ab aliena inobedientia dehonoratur. Quid autem Sede vacante eminens Capitulo? quid minus à Regulari expetibile, quam quod tum Capitulo reverentis obedientia gratia, tum ipsius Regularis maiori, ni dixerim, magis vane extitimatione, conducti, videlicet laudabilius sive approbationis litteras exhibere? Quid ni igitur Regularis iste à Capitulo puniatur, & quidem, si post tentata à Capitulo suaviora omnia remedia, ferreus in sua contumacia, in absolvendo seculares perficit? Cur superadditæ hæc novæ contumacæ causa, quæ quidem ad Confessionis Sacramentum attrahit, & dominum Capituli in suum gregem perturbat, & debilitat? Cur, inquam, itantibus his omnibus circumstantijs, Capitulum non poterit, eum inurbanum, & contumacem sui dominij, sive gregis perturbatorem ab absolvēdi facultate suspendere, ut in simili Clem. X. de Episcopis definit? Quin audiatur M. Don. tr. 13. qu.

M. Don.
29 pag. mibi 305: qui querit, an Regulares lacerantes Episcopi cedulones, incident in excommunicationem eo scripto contentam? & postquam negavit, nisi exprimantur ea in cedula Religio; quia excommunicatione lata per verba generalia non comprehendit Regulares, ob sua privilegia; subdit tamen rem attentione dignam; quod licet Regularis lacerans non incuriat excommunicationem terminis generalibus latam, potest tamen Regularis ille ab Episcopo puniri ut turbator, & offensio sive jurisdictionis, ut notant DD. in cap. 1. de officio Deligat. Nec obstat quod sit persona exempta, & in dignitate constituta, ait Farinacius in praxi crimin. citatis pluribus Farinacius qu. 114. n. 64. imo (N.B.) potest uti suspensus de heresi ab Inquisitore interrogari, quid sentiat de potestate Prelatorum, & censuris Ecclesiæ, ait Pegna 3. p. Director. Inquisit. & Genuensis in sua praxi cap. 8. n. 6. si ergo perturbantes regna Episcopi jurisdictionem possunt, eti Regulares Genuenses sint, puniri per censuras, & ideo Tridentinum sessi. 25. cap. 3. ait Regulares ex Tridene communicari posse, si impediunt Episco-

pum,

N. 377. pum, ne utatur suis insigniis: cur non pro-
portione prudenter, ut debet, servata, Pro-
Episcopus Sedis vacante poterit accusos ad
comparendum Regulares approbatos, ut
suis litteras examini subjeciant? Pro-Episcopus,
inquam, contumaces ad utrumque
Regulares, simul tamen absolventes secula-
res, post omnia alia tentata urbanissimi juris
remedia, cum Regularium à facultate absolvendi
iuspiciunt declarare non poterit? Puder-
me diutius in tam folidam inurbanitate
detinere. Caveat tamen Capitulum, & Pro-
Episcopus, ne inurbanitate, & contumacia
ahenâ raptus, indiscerto suo censuram igne,
maius excitet scandalum, & incendium.
Pluant censure pacato Cælo, ut ros, non
irato Cælo ut fulmina evibentur.

N. 288. 287. Replicabis 1. quod quidquid juris tribui-
tur Capitulo Sede vacante, nil faciat ad rem
nostram: et si enim à jure communi tribui-
tur Capitulo Sede vacante omne jus, quod
inherat Episcopo, totum hoc non habet lo-
cum in Regularibus, qui ratione suorum
privilegiorum à jure communi exempti sunt:
ergo Capitulum nullum habet jus in Regu-
lares approbatos. Secundo, quia per propria
privilegia exempti sunt à jurisdictione Episcoporum,
& non nisi per Bullam 18. Gregor. XV. Inscrutabilis, aliorumque Pontificum

N. 289. 288. in pluribus subditi fuere Episcopis, eaque
potestas collata Episcopis supra Regulares,
est ex purâ delegatione Pontificum, non ver-
ò ex ordinaria Episcoporum, adeoque nul-
lo modo transit ad Capitulum: ergo Capitulum
nil potest contra Regulares. Tertio,
quia etiam dato quod jure communi Regu-
lares forent subiecti Episcopis, ut docent
Navar. com. 2. de Reg. n. 63. & Barbosa, &
plurimi alii: hoc tantum valet antequam
Regulares ornarentur toti privilegiis, non
post ea: ergo multo minus Capitulum habet
jus in Regulares. Quartò, quia eti daretur
quod non tantum jure communi, sed etiam
jure officii Episcopalis Regulares subderen-
tur Episcopis, & hæc potestas jurisdictionis
foret ordinaria in Episcopis, adeoque trans-
faret ad Capitulum Sede vacante; attamen
Pontifices ei juri innato officio Episcopali
derogarunt per concessa privilegia: ergo
eriam derogavit juri, quod in Capitulo erat
delegatum. Quinto, quia M. Pasler, expressè
negans art. 1. n. 328. quod Capitulum pos-
sit Regulares à confessione suspendere, ne-
gat num. 1082. & pag. 264. ipsis Episcopis
convenire jus procedendi per censuras
contra Regulares, adeo ut licet Concilium
Tridentinum præcipiat Regularibus, ne audi-
ant confessiones secularium, nisi sint ab

M. raff. N. 290. 291. Regulares fine licentia concionantes, & abso-
lventes, excitatur jus, (si cau Episcopi ha-
buere puniendi Regulares) non vero illud
purè delegatur. Demum, quale jus trans-
eat in Capitulum Sede vacante. Hæc ta-
men omnia iuri inter Doctores oppositum
opinatur.

Episcopo approbari, neve prædicens eo con-
tradicente, seb. 5. cap. 2. & seb. 24. c. 4. atta-
men Regulares in his inobedienti, nequi-
bant, ut etiam fatetur Fagn. cap. Cum capel. lega-
la n. 21. de Privil. ex y. Tridentini puni ab
Episcopis. Quare totum jus, quod hodie
competit contra Regulares Confessores, est
ex Bullâ 18. Gregor. XV. Inscrutabilis, con-
firmata à Clem. X. & Innoc. X. & XII. omitt. Gregor.
fis alii Pontificum Bullis, & Congregatio Cen-
num Refponsum. De hoc legi potest idem M. X.
Pasler. n. 1085. recitans Breve Urbani VIII
ad Episcopum Gienensem, & Innoc. X. ad
Episcopum Angelopolitanum. Quæ Breve
aliqui, immemo tamen, volunt non esse
universalia, & ubique acceptata. Vide etiam
de ipso Breve Urbani Barbastreni Emp. 18. Gregor.
& Fraclio l. c. ergo si Episcopi ex potestate
delegata a Greg. & ratihabita à catus Ponti-
ficibus, punire posunt Regulares ab
Episcopo non approbatos, absolventes ta-
men, & concionatores, contradicente Episcopo,
concionantes, ut Clem. X. expellit
confirmat: quo vel levi fundamento dicitur,
quod Capitulum Sede vacante punire possit
Regulares à mortuo Episcopo approbatos,
refutantes tamen le prelentare, sualeque
litteras examini subjecere, simul tamen ablo-
vientes?

Fateor me tot, & tanta hac in replicâ con-
farcinasse, ut Adverlarij obsequeret, que 291
prolixissimo tractatu egarent; nempe, an
Episcopi ante Regularium privilegia juri ali-
quod in Regulares haberent? nullum enim
habuistis afferit M. Pasler. n. 138. Quale ha-
buerint post concessâ privilegia, quale modo
post Tridentinum, & post revocata à Tri-
dentino, & multo magis post Gregorij Bul-
lanum privilegia? Rursus, an illud jus Episcopis,
modo contra Confessores Regulares
concessum, fuerit in Episcopo ordinatum,
an purè delegatum: nam, ut recède adver-
Gonzalez Tellez lib. 1. Decret. tit. 31. cap. 12. Compl.
Licit, & Barbosa in hunc ipsum locum, alij
que plures, citatis pluribus iuriis testibus,
quod si causa aliqua committatur Ordinario
ex speciali delegatione, si ejus causa cogni-
tio jure communi ad cum Judicem spectabat,
non ideo Judex ille fit delegatus, sed tantum
ejus jurisdictione de novo excitatur: ergo per
hoc quod à Gregorio XV. & alijs Pontifici-
bus delegetur Episcopis jus puniendi Re-
gulares fine licentia concionantes, & abso-
lventes, excitatur jus, (si cau Episcopi ha-
buere puniendi Regulares) non vero illud
purè delegatur. Demum, quale jus trans-
eat in Capitulum Sede vacante. Hæc ta-
men omnia iuri inter Doctores oppositum
opinatur.

opinantes incerta, & nec faciunt, nec ad rem facere possunt: Non possunt, quia certum aliquid statui debet remediū pro damnis ingruntibus. Non faciunt, quia plene incerta sunt: quodcumque enim quis tecatur, nostra doctrina sublīstis, nimirum, quod concessa Regularibus privilegia ad sūmum revocatum sit jus; ne Capitulum approbatos Regularēs examinet; non vero jus, ne eos convocet, & litteras exhibeant; & data contumaciā eos puniat.

Barbastrensis, & M. Donatus: econtra si illud Clementis privilegium ita interpretemur, ut revocet jus Capituli, convocandi Regularēs approbatos, & examinandi eorum litteras, cedat in iniquum Capituli gravamen: si enim Capitulum est Dominus gregis fœcularis, tenetur eum non fidere viro tibi incognito, renitenti suas litteras exhibere: quibus perpenfis, ejus aptitudo, quoad absolvendos fœculares, cognosci posset: quin tenetur hunc virum a tuo gregi segregare, & punire in sui gregis defensionem: hinc fit quod totum Clementis privilegium in hoc dumtaxat confusat, quod Capitulo non conveniat jus examinandi Regularēs approbatos, simil tamen Capitulo insit jus eos convocandi, & litteras examinandi. En mea mens ad veritatis limam, & in Capituli, & Regularium obsequium, & utrorumque tranquillitatem, digesta.

§. VI.

Compendio/a confessionum ex absolutionis nullitate in invalidarum synopsis, & operis conclusio.

S U M M A R I U M.

Confessiones ex nullitate absolutionis invalida, n. 295. ad 298.

Gerfonis dictum, n. 299.

Quid toto opere preſterim? Ibid.

Nemo damnatur nisi ob violatas certas leges, n. 300.

Plures sparsi totā hāc disputatione confessiones, non quidem ex parte penitentis, seu ex defectu doloris, propositi, integritatis invalidas, sed ex parte Confessoris absolventis invalidas: hic enim est Decretorum recitatorum Icosus. Quia tamen, quod sub unum collocatur intitulum, facilius tenetur, & firmius, ideo, ut Confessoribus, minime dicta Decreta callēribus, indulgam, brevi hāc synopli eas arctare duxi.

Cū ergo invalida sit data a non approbato absolutione, ut docui n. 36. 46. 72. hinc 296. inferitur 1. Sacerdotem non approbatum invalidē absolvere alium Sacerdotem, ut num. 39. dixi.

2. Invalidē Parochum suam absolutionis vires quoad suas oves, committere Sacerdoti non approbato, *ibid.*

3. Invalidē Regularēm, eti unjustē reprobatum ab Episcopo, absolvere. Idem dicendum de Sacerdoti fœculari, n. 46. 75.

4. Invalidē Sacerdotes, quicunque illi sunt, ab Episcopo loci, in quo confessiones audiunt, non approbatos, absolvere fœculares, sive vi Crucia, sive vi privilegiorum, n. 64.

5. In-

N.
293. *Hic mea doctrina ex ipsiusmet Pontificiū Bullis conflat, præcipue ex Bullā Greg. XV. Urb. VIII. Clem. X. In hoc. X. & XII. qui in terminis distinguunt Regularēm cōcōnāntem renitente Episcopo, & concōnāntem eo non renitente: in terminis ab solventē fine approbatione Episcopi; seu renitente positivē Episcopi: (Hoc enim venit per non approbatum, non autem venit purē non approbatus, nam jus ab solvendi in Confessore approbatō ab Episcopo antecedenti durat utique dum a fœquenti revocatur, sed venit Regularis, cuius approbatio a novo Episcopo revocatur) in terminis, inquit, distinguunt ab solventem renitente Episcopo, & ab solventem eo non renitente, quatenus antecedentis Episcopi approbationis litteras non revocavit: ergo idem prorius in nostro casu dicendum. Aliud est absolvere non renitente Capitulo; aliud eo renitente: renititur autem Capitulo dum Regularēs convocat, & approbationis litteras petr. Rursus sicut dicti Pontifices non tantum dictas opiniones, quod quis absolvere, & concōnāri possit renitente Episcopo, & Ordinariis, damnant, ut conflat ex Clem. X. sed etiam jus dat illis, ut Episcopus tali luo juri renitentes severē puniat, suspensa concōnāndi, & ab solvendi licentia, ut Inoc. XII. decernit: ita a pari Capitulum, Sede vacante, resistentes huic suo juri, ne quis Regularis approbatus absolvat, nisi se præsentet, suaque litteras exhibeat, puniri poterit ea suspensionis pena.*

Clem. X.
Li. XII. *Confirmo: Ceterum est quod si privilegia in iniquum alterius gravamen non cedant, sint late interpretanda; econtra si cedant, strictē intelligenda. Cū ergo Clem. IV. clauſula, quā Regularibus sub demortuo Episcopo concōnātibus, & ab solventibus, privilegium dat, ut Sede vacante concōnādi, & ab solvendi fœcularē licentia urantur, subſtitut admissio in Capitulo jure, ne Regularis approbatus absolvat fœcularē nisi se præsentet, suaque litteras examini subiectat, & negato dumtaxat in Capitulo jure examinandi eos Regularēs approbatos, quale con-*

*Clem. IV. *Confirmo: Ceterum est quod si privilegia in iniquum alterius gravamen non cedant, sint late interpretanda; econtra si cedant, strictē intelligenda. Cū ergo Clem. IV. clauſula, quā Regularibus sub demortuo Episcopo concōnātibus, & ab solventibus, privilegium dat, ut Sede vacante concōnādi, & ab solvendi fœcularē licentia urantur, subſtitut admissio in Capitulo jure, ne Regularis approbatus absolvat fœcularē nisi se præsentet, suaque litteras examini subiectat, & negato dumtaxat in Capitulo jure examinandi eos Regularēs approbatos, quale con-**

DISPUT. XXX.

528

5. Invalidè quoque Sacerdotes, quicunque sint, sive approbationis limites excēdentes, ab solvere, *ibid.* & *n. 72. 183.*
- N. 6. Invalidè Confessores, sive seculares, sive Regulares sint, ab solvere Religiosos, non habitā à Prælato Regulari, cui penitentes subfunt, approbatione: et si hoc fieret vi Cruciatæ, *n. 65. 74. 75. 92.*
297. 7. Invalidè Confessor, et si Regularis, approbatuſ ab Episcopo antecedenti, remittente sequenti ejusdem Diœcesis Episcopo, ab solvere, sive vi Cruciatæ, sive privilegiorum, *n. 87. 88. 89. & n. 147. ad 155.* quibus in locis docui quæ confessiones vi Cruciatæ, aut privilegiorum sint, & non sint validæ.
8. Invalidè alibi approbatus, non tamen ubi absolvit, hic absolvit.
297. 9. Invalidè absolvit, qui sub opinione tenuiter, dubiè, aut incerto, aut probabilitate tantum probabili, de iurisdictione, absolutionem impedit, *n. 147. 188.*
- N. 10. Nulla est absolutio, independens ab 298. Episcopo Diceciano, et si data vi Cruciatæ, *n. 72. 75. 92.*
11. Nulla collata Religioso independens à suo Prælato, et si vi Cruciatæ, *n. 74. 92.*
12. Nulla data, sive à Sacerdote seculari, sive à Religioso, si sine speciali licentia Moniales absolvat, *n. 72.*
13. Nulla, et si Confessor casus aliquos Papæ reservatos valide absolvere possit, si sine speciali Episcopi indulto absolvat casus ipsi Episcopo reservatos: est ab eo Episcopo quoad alios casus foret approbatus, *n. 72. 75.*
14. Nulla data sub prætextu quod privilegia revixerint, aut aboleri nequiverint, *n. 72. 75.*
15. Nulla data à simplici Sacerdote illi, qui habet Beneficium curatum, *n. 75.*
16. Nulla data à Parocho extra sui Episcopatus limites degenti, et si collata Parochiano sue Parochiæ, *n. 198.*
17. Nulla et si collata suo penitenti in aliena Diœcensi, in quæ Confessor non est approbatus, *n. 82.* quo loco alias refero abolutiones nullas. Ex his lector facile conjectare poterit alias confessiones ex absolutionis nullitate nullas.
- N. 299. Concludo cum magno Theologiae Scholasticæ, & Mystica Cancellario, Parisiensis Jean. Facultatis ornamento, cuius textum supra retuli *n. 61.* & quia in eo admirabile latet pro Theologia & quibusque studiis confituum, ideo sapienter citandum, & jugi memoria retinendum. Ait Theologorum sco-
- pum non alium esse debere quam veritatem; non vero facere potestari facilius, plus quam spirituali, aut plus spirituali, quam seculari. Clavis ergo ad timus humanos respectus oculis, iisque in solam veritatem fixis, dicere, docere, confidere, refidere debemus. An ita me gesserim, qui *judicat me, Dominus est. Docui, quæ scivi, certa ut certa, incerta ut incerta. Neminem laeti, eti aiquando duriuscula aliorum verba, & animositas retulerim. Quemlibet Adversarium in pecto habui. Opinione, non opinione; doctrinam, non Doctorem impugnavi. Indigam, vel Probabilitatem nomine, tenuem, infirmam, probabilem Probabilitatem respici, & solam certam penes utriusque sententiae adversæ Patronos, Probabilitatem admitti Tutoriem, & Probabiliorum consilii; legem tamen, sub gravi obligantem, admittere utramque, aut alterutram, negavi. Osteendi, quod si tutius, aut probabilis sub legi foret, sub lege quoque foret, vel peccato formaliter, vel errare formaliter. Demonstravi, nil malum, & laxi ab ulla sententia generali de licto usu oriri, sive sequenda in tutior, sive probabilius, sive neutra, sed fatus si minus tuta, minus, certò tamen probabilis prædicta: sed omne malum à Tutorista, Probabiliorista, & Probabilista derivari, qui particularibus opinionibus dant, vel cœlantem à peccato formaliter, vel maiorem, aut minorem probabilitatem, cum omni carant. Adverti longe plus timendas opiniones tantitatis, & rigoris fuso larvatas, si sub legi statuantur, quām libertatis prætextu inditas: he enim malum suum ocyus prodant, illæ occultant, eaque tendunt ut quilibet pro libito vivat, & Dei lex fiat illi servata impossibilis. Tandem indicavi ad finem *n. 29.* quod quotquot aeterno incendio, culpa 300. bili factio, & fato le destinant, non et ob violatas leges incertas inter TT. sed ob concutatas certissimas, & patentes Decalogi & Ecclesiæ leges. Utinam, utinam omnis Catholicus grecus certa Dei, & naturæ, & gratia præcepta, omnibus Theologis inducatur servaret! Quām illico Infernus occulit, Cælum apertum! Fasit lumen Pater, & Mater, ut quæ ijs, ni fallor, infirmitibus, & faventibus aggrediuntur sum, in ejusdem SS. Triadis, & Christi Servatoris, & Deportationis gloriam, animarumque salutem cedant, & ut cedant, omne meum Alpha, & Omega habentio infallibili Sedis Apostolicæ judicio, cuius in gregis emolumenatum hæc, ut ut potius digessi.*

LAVS DEO.

IN